Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Juristische Sammelhandschrift – Nürnberg, STN, Cent. II, 79
Signatur:	Cent. II, 79

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

In nomine domini amen. quia natura rerum introducti est ut plura sint negocia quam uocabula. ff. de prescrip. uerb. natura humanam iuris conditorum sp in infinitum decurrit multasque eius edere formas natura nouas deproperat. et quedam noua negocia semper emergit ...

muniant se remisit. acquiritur muniant liberatos puram pre dicta. j. de usur. quicumque. quia sacerdos se ministerium alieni xxvi. di. quis dubitet. non tamen iniuriam passus rei munia actoris remittere. j. satisfactionem. xxiii. q. iii. sic ille ...

Incipiunt constitutiones gregorii decimi

Gregorius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis uniuersitati magistrorum et scolarium par. salutem et apostolicam benedictionem. Cum nuper in generali concilio lugdunensi et post quasdam constitutiones sub certis articulis duxerimus promulgandas. uniuersitati uestre per apostolica scripta mandamus quatinus eis quas sub bulla nostra uobis transmittimus. uti uelitis amodo tam in iudiciis quam in scolis. ipsas sub suis titulis prout sunt eis expressi inseri facientes.

Greg. x. in generali concil. lugd. De summa trinitate et fide catholica

Fideli ac deuota professione confitemur. quod spiritus sanctus eternaliter ex patre et filio non tamquam ex duobus principiis sed tamquam ex uno principio. non duabus spirationibus. sed unica spiratione procedit. hec professa est hactenus predicauit et docuit. hoc firmiter tenet predicat profitetur et docet sacrosancta romana ecclesia mater omnium fidelium et magistra. hoc habet orthodoxorum patrum atque doctorum latinorum pariter et grecorum incommutabilis uera sententia. Sed quia nonnulli propter irrefragabilis premisse ignorantiam ueritatis in errores uarios sunt elapsi. nos huiusmodi erroribus uiam precludere cupientes sacro approbante concilio reprobamus et dampnamus. omnes qui negare presumpserint. eternaliter spiritum sanctum ex patre et filio procedere siue etiam temerario ausu asserere quod spiritus sanctus ex patre et filio non tamquam ex uno sed tamquam ex duobus principiis et non tamquam ex uno procedat.

Greg. x. in generali conc. lugdun. De electione et electi potestate

Ubi maius periculum intenditur. ibi procul dubio est plenius consulendum. Quam graue namque sit honusta dispendiis quot et quantis sit honusta plena periculis ecclesie romane prolixa uacatio exacti temporis consideratio edocet et consideratio prudenter illius discrimina manifestant. Hos euidens euocat ratio ut dum reformandis et minoribus nostra solerter uacat intentio. ea que periculosiora sunt. nequaquam absque remedio reformationis accommode relinquamus. Ideoque omnia que pro uitanda discordia in electione romani pontificis a nostris sunt predecessoribus et precipue a felicis recordationis alex. pp. iii. salubriter instituta omnino inmota in sua firmitate remanere censentes nichil ei derogare intendimus. sed quod in experientia deesse probauit. presenti constitutione supplere. Hoc sacro approbante concilio statuimus. ut si eundem pontificem in ciuitate in qua erat cum sua curia residebat diem claudere contingat extremum cardinales qui fuerint in ciuitate ipsa presentes absentes expectare x. diebus tantummodo teneantur. quibus elapsis. siue absentes uenerint siue non. extunc omnes conueniant in palatio in quo idem